primum peremptorium Terminum et alios omnes Consequentes cuiusque Causae Terminos
semper peremptorios vera infirmitate pro maiori minorennitate successorum legatione
intra vel extra Regnum servitio militari ac ad munimenta vel aliis quibusvis
legalibus impedimentis et dilationibus non differendo adquietationem a contra praemissos Ter-
minos officii praefati Castrensis Capitanealis Zakroczimiensis dilationem sibi non servi-
turam nullasque motiones appellationes accusationes prosequutiones faciendo ac praemissa
omnia poenis simplicibus vel tricatis evasionibus fatalis iuribus praetextione
Terrestri bello Conventionesque et aliis quibusvis iuribus remediis et defensis non
subterfugiendo Hac sua praesenti inscriptione ac praemissa mediante.

Vicecapitaneus Praemislien. Tutoriae filiorum G. Stanislai Siecinski Abrenunciat.

Comparens personaliter Coram officio Castrensi et nunc Generosus Albertus Zmiiewski in lo-
cum infrascripti Generosi Vicecapitanei Praemisliensis substitutus hocmunus sub
delegatione in se bonaque sua ultro et benevole assumendo praesidebat) Actisque
praesentibus Castrensibus Capitanealibus Praemisliensibus Generosus Mathias Siecinski
de Siecin Burgrabius Terrae Wyszogrodiensis Vicecapitaneus Praemisliensis sanus
mente et corpore existens a Terrestribus districtibus iuribus iurisdictionibus suis quibusvis
propriis et competentibus recedens huic autem iurisdictioni Castrensi Praemisliensi quo-
ad actum praesentem attinet se cum successoribus bonisque suis quibusvis omnibus totaliter et
plenarie incorporando et subiiciendo palam libere publice ac per expressum recognovit. Quia
ipse Tutoriae liberorum et bonorum quorumvis omnium morte olim Generosi olim Stanislai
de Siecin Siecinski Dapiferi Terrae Dobrzynensis filiastri sui derelictorum
in quantum sibi recognoscenti coram Actis quibuscunque Regni authenticis per praedictum
olim Generosum Dapiferum Dobrzynensem sive alium quemvis inscripta sit vel naturali
iure se recognoscentem concernat Nolens se in eam quovis modo et iuribus praetextu in-
gerere abdicat et abrenunciat nec se eorumque curam gerere velle declarat
Cum nunquam eorumque omnium Curam habere se se submiserit hac sua personali
recognitione in praemissis mediante.

Szaniawski

Szaniawski Zakrzewskiemu Cedit.

Comparens personaliter Coram officio Actisque praesentibus Castrensibus Capitanealibus Praemi-
sliensibus Nobilis Georgius Stanislaus Szaniawski de Szaniawy olim
Nobilis Mathiae Szaniawski de Szaniawy Districtus Lucoviensis Incolae
filius sanus mente et corpore existens a Terrestribus districtibus iuribus iurisdictio-
nibusque suis quibusvis propriis et competentibus recedens huic autem iurisdicti-
oni officii praesentis Castrensis Praemisliensis quoad actum praesentem attinet se cum succes-
soribus bonisque suis quibusvis omnibus totaliter et plenarie incorporando et subii-
ciens palam libere publice ac per expressum recognovit. Quia ipse de omni et integro
iure suo vigore de summa Centum florenorum polonicalium sibi recognoscenti per Nobilem Basilium
Kostro recognitione certa manuali ad solvendum assecurata latius de praemissis re-
cognitione eadem manuali in se obloquendo necnon de Recognitione praefata ac lucris
pertinentibus totoque processu iudiciario ratione non solutionis eiusdem summae Centum
florenorum polonicalium super ipso Nobili Basilio Kostro per se recognoscentem in Iudicio Terrestri
Drohicensi obtento in quovis puncto et gradu iuris dependendo Cum omni praemissorum
iure Dominio et proprietate cumque omnibus et singulis eiusdem recognitionis con-
ditionibus punctis clausulis articulis ligamentisque et nexibus eidem recognitioni appo-
sitis lucrorum perlationum ac totius processus quibusvis beneficiis et praerogati-
vis nihil ex praemissis iuris Dominii proprietatis ac cuiusvis competentiae et prae-
rogativae pro se suisque successoribus aut quopiam alio reservando seu excipiendo
verum praeut praemissa omnia eundem recognoscentem concernebant ac eidem serviebant.
Iam ex nunc et de facto Generoso Joanni Zakrzewski Districtus Lucoviensis
incolae et ipsius successoribus, accepta ab ipso pro praemissis omnibus reali
et sufficienti satisfactione cedit et condescendit omneque et integrum ius sua
um in alterius cessionarium suum et ipsius successores totaliter et plenarie iure trans-
fudit transtulit et incorporavit praeut transfundit transfert et incorporat
praesentibus perpetuo. Per ipsum cessionarium suum et ipsius successores hoc ipsius
cessum praemissorum omnium cum universis beneficiis et praerogativis tenendum
habendi possidendi summam praefatam tollendi levandi develatae ac percepta